Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31649
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

sente quia contumacia facit tunc eam pro
presente haberi. Sententia prius in scriptis redacta
et correcta. faciens que coram se positis ut
sciat iudex quia non minus iudicabitur
quam iudicet. et probantur per ordinem. ij. q. iij.
§. notandum. et ab olito. et iij. q. iij. §. spatium
v. a procedente. C. de iudic. properandum et l. rem
non novam. C. quomodo et quando iudex. ea que extra
de dolo et contu. veritatis. extra de iur. iur.
venientes et l. e. ti. §. iux. v. Item non valet
quod per totum. // Item debet ferri secundum allegata
et probata et non secundum conscientiam. ut iij. q.
vij. iudicet. ff. de off. pres. illicitas. §. veritas
extra de off. iudic. ordinarii si sacerdos et de off. del.
pastoralis. §. quia non. Quod facit ad questionem illam
quia cum quidam nobilis quendam interfecisset
in platea bononiensi et potestas de fenestris pala
cij hoc vidisset. tandem quia homicidium illud
non probabatur potestas voluit eum ad questiones
ponere ut sic ab ipso erueret veritatem. sed Az.
H. et Ac. consulti responderunt quod hoc facere po
terat per predictum §. veritas. sed contra ij. q. i. §. quia. quod in
telligo ut no. i. de notor. cri. §. fi. v. p. de
sap. // Debet quoque ferri secundum consuetudinem loci
in quo contractum est ubi litigatores sunt diu
sorum locorum. quod dicitur ut s. de fer. §. i. v. sed pone.
// Quid ergo si unus carnotensis et alter remensis
conveniunt parisius de mutuo de communi consensu con
senciunt in iudicem beluacensem. sciens
eum suum non esse iudicem. ut ff. de iudic. si
convenerit. dic quod ille iudicabit secundum consue
tudinem parisiensem. si sit illa consuetudo
ad decidendum litem ut probatur in predicto v. sed
pone. // Item pone quidam flandrensis obijt
ianue et ibi in testamento uxorem suam he
redem instituit. sed certe secundum consuetudinem
ianue non potest uxor succedere viro ex
quo possessor bonorum se tuetur. In flan
dria vero contraria est consuetudo ex qua mulier
replicat. dic quod mulier secundum consuetudi
nem flandrie ubi litigatur pocior est
in adeunda hereditate. ff. ex quibus ca. in
pos. ea. aput iul. in fi. et sic obtinuit
in hac questione et in precedenti secundum odof. per iura
posita in predicto v. sed pone. de hoc no. s. de
edit. instru. §. compendiose. v. quid
si de consuetudine. // Debet quoque sententia
ferri secundum iura et non per exempla. ij. q.
vij. §. hoc edicto nisi essent exempla
principis que faciunt ius. C. de leg.
l. fi. extra de re iudi. in causis et si lata sit a
principe sine scriptis dum tamen sit lata
animo statuendi ius. xxv. q. i. institutio
nis. ar. contra. xx. di. de quibus in fi. // Quid
si iudex ita dixit pronuncio sicut talis
iudex in tali causa pronunciavit et con
stat quod ille bene iudicavit. numquid valet
hec sententia et videtur quod non. propter vicium
pronunciationis. ut ff. de ex. cu. tu. qui
testamento. vel potest dici contra quia hec verba non
viciant. ar. ff. de v. ob. quod extrinsecus
vel refert utrum in sententia expressent

errorem vel non. quod dic. ut extra de sen. ex. per tuas
// Item adeo debent in prolatione sententie. hij quorum
consilium et presencia requiritur. puta canonici
episcopales quando episcopus debet sententiare. ar. xv. q. vij.
episcopus. extra de his que fiunt a pla. sine con. c.
novit. extra de accusat. qualiter ij. lxxxvi. di. si quod
xxiiij. di. episcopus // Debet autem ferri in publico
non in occulto. C. de sen. et interlo. o. iu. cum sententia
xcvi. di. bene quidem. extra de off. del. consuluit
iij. q. iij. §. spatium v. a procedente. xviij. q. ij.
per tuas. extra ut ec. be. c. unico. ff. de reg.
iur. omnia quecumque et intellige locum publicum
in quo ius reddi consuevit. ff. de iusti. et iur.
l. p. ff. de arbi. si cum dies. §. p. ff. de in ius voc.
sed l. iiij. // Porro si causa ducta est ab actore per
procuratorem sive syndicum